



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Si expecta[n]s morit[ur] anteq[ue] fruct[us] p[re]cipiat successor eius
t[em]p[or]a sua continuat. nec denuo tempus inchoat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

predictarum ecclesiarum sit placuit eis alias ei hoc spectat ex privilegio vel iure alio speciali. ne ubi ad plures vno tempore festinat ecclesias nulli eorum debitum famularum impendat

De annis gratie defuncto ac ecclesie debitis redimendis.

Et cupientes divinum cultum nostris augeri et quibusdam de defunctorum canonicorum prebendis quibus fructus de consuetudine ut accepimus in singulis fere collegiatis ecclesiis nostre civitatis et diocesis ad certos annos ipsius ecclesie et defunctis de seculo totaliter applicari in multis ecclesiis est non modicum dinutus. constitutione suscepti regimis per se. re. Johis pape. xxij. super hoc editam volumus et mandamus in omni sua forma diligenter observari. Preterea concedimus et indulgemus his qui prebendas sacerdotales in dictis ecclesiis iam obtinent vel in posterum obtinebunt salva moderatissime predicta constitutione. suscepti regimis qui ipsi si voluerit omnem et singulorum annorum expectationem in quibus ecclesia videlicet quolibet annum quem elegerit redimendum. possint et valeant per. xxx. grossorum Turonensium monete quoddam Walrami predecessoris nostri aut eorum valore redimere. sicuti idem predecessor noster in quodam constitutione sua super hoc edita his qui via permutationis prebendas in dictis ecclesiis assequuntur. noscitur indulgisse.

Preterea statutum eiusdem predecessoris nostri quod fructus annorum expectationum aut pecuniam que a canonicis via permutationis intrantibus et fructus hominum redimendis dantur inter singulares canonicos dividi prohibet sed in eorum utilitate videlicet ad fabricam vel ornatum ipsarum ecclesiarum duntaxat per eum volentes inviolabiliter observari. ipsorum multorum abusum duximus pene adiectione innovandum. Statuentes ut transgressores dicti statuti executionis finalis ipso facto incurrant. a quo absolvi non valeant donec ea que de memoratis fructibus seu pecuniis in eorum suam utilitatem conversas fuerint plene et integraliter restituant et de trans-

gressionem hominum satisfecerint competere.

Si expectans mortem antequam fructus percipiat successor eius ipsa sua continuat. nec denuo tempus inchoat.

Item quia Walramus predecessor noster prefatus ne prebendas ecclesiarum in quibus vacantibus prebendis fructus eorum per certos annos defuncto et ecclesiis de consuetudine applicentur nimis diu suis servitoribus et ministris carere contingat aliisque legitimis rationibus motus duxit quide statuentium ut nulla ecclesia civitatis et diocesis. et locum sibi et defuncto vel tra quadriennium fructus prebendarum ipsius ecclesie vacantium etiam si duraverint annis expectationum vacent pluries successive veni diceret vel usurperet questio de quatuor annis expectationum. Sepe dubitavit a multis aliisque canonicis proplectum dictorum annorum numero ad preceptionem fructuum prebende sue sic admissus decedat vel prebenda sua simpliciter vel permutationem vel alia quis ex causa resignet seu dimittat. utrum dictum statutum etiam locum habeat in hoc casu. declaratio Nos dubitationem hominum in casu premissis locum hinc ipsorum similitudine rationis induci ad eundem casum extendimus et programus mandantes et sub pena suspensionis ab officio et beneficio districte precipiunt ut successor in tali prebenda sine ulteriori expectatione ad preceptionem fructuum illius prebende quolibet difficultate semota benivole admittatur. non obstante priora consuetudine. si que forsitan ab aliquibus prebendam ecclesie vel personis de facto servata. que utpote abusivam et corruptelam penitus abolemus.

Et ministri manent apud presbyterorum circa altare.

Item quod nonnulli diaconi et subdiaconi in nostra maiori aliisque collegiatis ecclesiis nostre civitatis et diocesis sacerdotibus ad altare pro tempore ministrantes plerumque